



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

XIX. Vt communitas victus inter fratres seruetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

Prov. 10.

Prov. 18.

quia scriptum est : *In multiloquio non effugies peccatum.* Et alibi : *Mores & vita in manibus linguæ.* In illo colloquio scurrilitates & verba otiosa ac risum mouentia omnino prohibemus, & vobis ad lectulum euntibus dominicam orationem, si aliquis quid stultum est locutus, cum humilitate & puritatis deuotione dicere iubemus.

ANNO
CHRISTI
1127.

XVIII.

Vt fatigati ad Matutinas non surgant.

Psalmo. 48.
Psalmo. 137.

Fatigatos nempe milites non ita, vt vobis est manifestum, surgere ad Matutinas collaudamus; sed assensu magistri, vel illius cui creditum fuerit a magistro, eos quiescere, & tredecim orationes constitutas sic cantare, vt mens ipsorum voci concordet, iuxta illud Propheta: *Pfallite Domino sapienter.* & illud: *In conspectu angelorum, psallam tibi:* vos vnanimes collaudamus. Hoc autem in arbitrio magistri semper consistere debet.

XIX.

Vt communitas victus inter fratres seruetur.

Añ. 2.

Legitur in diuina pagina: *Diuidebatur singulis, prout cuique opus erat.* Ideo non dicimus, vt sit personarum acceptio, sed infirmitatum debet esse consideratio. Vbi autem qui minus indiget, agat Deo gratias, & non contristetur: qui vero indiget humiliet se pro infirmitate, non extollatur pro misericordia, & ita omnia membra erunt in pace. Hoc autem prohibemus, vt nulli immoderatam abstinentiam amplecti liceat, sed communem vitam instanter teneant.

XX.

De qualitate & modo vestimenti.

Vestimenta autem vnus coloris semper esse iubemus, verbi gratia, alba, vel nigra, vel, vt ita dicam, burella. Omnibus autem militibus professis in hieme & in æstate, si fieri potest, alba vestimenta concedimus, vt qui tenebrosam vitam postposuerint, per liquidam & albam suo Conditori se reconciliari agnoscant. Quid albedo, nisi integra castitas? Castitas securitas mentis, sanitas corporis est. Nisi enim vnusquisque miles castus perseverauerit,